

bus. Christiane vite principia sunt in animabus nostris; virtutum omnium semina habemus; verum nisi illa diligenti cura excoluerimus, inter pravorum studiorum nostrorum spinas suffocantur. Regeneratio nostra in baptismo non nisi incepta est. & pergere debet in omne vite spatium; & quamvis peccatum sacramento deletum sit, sexcenta sunt tamen, quae prohibent, ne charitas in animabus nostris penitus constitatur, & quae totidem sunt obices perfectioni, quam a nobis exigit Deus. Concupiscentia. & affectiones, quae in nobis remanserunt, omnibus illius consiliis adversantur, ita ut nisi in jugi magnarum virtutum exercitatione verserimur, nisi incessanter progredimur, nunquam perventuri simus ad perfectionem, & eum sanctitatis gradum, ad quem tendere debemus. *Iam.*

Cum mundi homines dicentes audio, se ad perfe-

ctionem nequaquam teneri, satis esse; si in gratia statu sint, & hoc possit, omnia sibi licere; pro illis contremisco; alterum enim teneo, vel illos non esse in statu gratiae, in quo se esse putant, vel si sunt, non diu in eo permanentes. Ratio ex S. Bernardo praesto est, palam docente, maximum indicium, quod in corde aliquo gratia resideat, hoc esse, cum illis nova gratia, noveque perfectionis inspirat desideria. Quod inquit illi Scripturae verbo dicentis, eum, qui gratiam gustaverit, recenti ejusdem desiderio esse flagrantem: *Qui eduxit me, adhuc sperant.* Eccl. 24. Cum gratia in anima est, ibi effodit abyssos, quae alias trahunt; eam dilatat, hac parem efficit aliis gratis recipiendis. Hinc Sanctus iste concludit, putare satis esse a peccatis abstinere, quin de perfectione acquirenda laboretur, indicio esse, vel gratiam non haberi, vel hanc in corde non operari.



# SCANDALUM,

Quod accipitur, & infertur. Sceleris enormitas, & effectus perniciosi &c.

## MONITUM.



*Libi de exemplo generatim, deque bono exemplo singularim actum est, quin verba facta sint de pravo, quod proximis tribuitur: nunc autem agendum de scandalo, quin sermo habeatur de bona edificatione, quam fidelis quilibet fratribus suis debet. Duo hac argumenta separanda esse censui, licet a plurimis concionatoribus simul pertraherentur, tum quod satis superque copie utrobique suppetit, cum quod eorum tractandum ratio prorsus differre debet.*

Cum necesse sit, in mundo scandala oriri, ipso Jesu Christo asserente, videlicet eum in humana societate fieri vix posse, ut scandala in mundo existerent propter aliorum quidem nequitiam, aliorum autem infirmitatem, hinc orta distinctio est inter scandalum actuum, atque passivum. De utroque hic sermo, licet quaedam locuti de consuetudine, quam omnes fere sequuntur, hac de re diximus, ad scandalum passivum, quod nomine tenus differt, trahendi valeat; sed quae semel attingimus, iterum non prodibunt.

Alterum quoque scandalum passivi generis est, de quibus pauca dicemus, estque illud, quod ex bonorum virtutibus, bonisque actionibus sumitur, propter quas improbi iniuste, ac temere scandalizantur; nihil vero proprius asseremus de scandalo, quod impii hauriunt ex evangelicis institutis, nostraque religionis veritatibus: non secus ac de scandalo crucis, & humiliationum filii Dei; hac enim ad alia pertinent argumenta. Ceterum scandalum, de quo hic agimus, locum praebet describendi plures morum seculi characteres, & vitia, & uberem aperit campum disertissima, ac pathetica eloquentia, ad deplorandum interitum animarum, cuius illud est causa.

# PARAGRAPHUS PRIMUS.

*Varia Concionum hujus argumenti structura.*

I. Ad sciendum horrorem, quem scandalum meretur, utor imprecationibus ipsius J.C. quas i. & in mundum: *Va mundo a scandalis.* Matth. 18. a. & in scandali auctores contorquet: *Va homini illi, per quem scandalum venit;* ne alibi divisionem inquiramus quam in terribilibus his Salvatoris maledictionibus. Scandalum est causa omnium mundi malorum: *Va mundo.* Et auctorem suorum excidium: *Va homini illi.* Haec duae erunt Concionis partes.

Ero prior. Ostendendum est, Jesum Christum jure protulisse anathema in mundum propter scandalum, *Va mundo a scandalis.* Cur? Quia mortalium plerique damnantur propter scandalum, quod praebet, & accipitur, & quia fere sufficit, praebere scandalum, ut accipiat; quam veritatem luce clariorem ostendunt plures propositiones, quae omnes experientie innituntur. & quae latum excurrendi in meram disciplinam campum aperient. Nil facilius, quam fieri, se mali exempli torrente trahi. Liqueat nihil ad perhadendum esse efficacius, quam alienum exemplum, quod scandalum vocatur, longe efficacius est ad malum persuadendum: *Facilius est, S. Augustinus inquit, justos decipi ab impiis, quam impios a melioribus emendari.* Et constat ratio. Pravo impiorum exemplo accedit rebar ex naturalibus studiis, quibus in malum ferimur, jam proni sumus in id, quod illud nobis persuadere voluerit. Ceterum scandalum auferit omnes obices, quos constituerat Deus, ut nos a vitis praeservaret; videlicet

conscientiae lumina, naturalem pudorem, quo ob quaedam scelera suffundimur, metum, ne ob vitae rationem exprobremur. Propositio altera. Pravam exemplum, seu scandalum criminis quidem impunitatem, nocenti vero impudentiam, vel audaciam tribuit; etenim ubi semel scandalum praebere cepimus, nullius nos pudet facinoris; & cum publica est sceleris infamia, in flagitiis perleveramus, quo ne intelligamus quidem murmur, quod excitat. Propositio tertia. Maxima quaelibet vita non nisi per scandalum invehuntur; veluti impudicitia, impietas, irreligio, Adulterium dum videretur, dicitur, Tertullianus inquit. Propositio quarta. Quia prava exempla sese communicant per eos omnes, qui nobis accedunt, vel quibus accedimus ipsi, & quae omnes undequaque ad nos venit, & per sensus omnes ingreditur. Igitur Dei filius jure exclamavit: *Va mundo a scandalis,* & quae infertur, & quae recipiuntur.

Pars altera. Scandalum in solo etiam auctoris ejusdem corde considerantes ostendere debemus, Deum nequaquam terribiliter in eum evomuisse anathemata: *Va homini illi, per quem scandalum venit.* Matth. 18. 1. Propter criminis enormitatem, quod evertit finem, propter quem Dei filius venit in terram, nempe ut omnes homines salvos faceret; scandalum enim eo tendit, ut eos perdat, eripiatque Deo animas; pro quibus Salvator vitam, sanguinemque effudit suum; quae non est hyperbolica exaggeratio; id enim S. Paulus per haec verba i. ad Corint. 8. testatur: *Peribit*

infertur in tua scientia frater, propter quem Christus mortuus est. Et quamvis, qui scandalum praebet, non hac mente operetur animas perdat, satis est, hunc sanctum esse scandali effectum, & ab auctore suo ignorari non posse. 2. Domini maledictiones vanae non sunt erga eos, qui scandalum praebent; etenim quin loquamur de diffamatione, quae fere semper subsequitur scandalum, ea tantum mala inspicimus, quae aeternitatis habita ratione ejusdem manent auctorem. Huic enim ratio reddenda est animae fratris, quem perdidit, quae anima ipsius dicitur esse reparanda: *Sanguinem ejus de manu tua requiram.* Ezech. 3. 3. Conversionem suam, ac poenitentiam moraliter impossibilem efficit propter difficultatem, in quam seipsum adducit reparandi malum, quod avertit, animas eruenti ex abyssis, in quam illas conjecit, & mundum bonis exemplis tantum edificandi, quantum exemplis pravis illud scandalizavit, &c. 4. Quia hoc illud peccatum est, quod in hac vita frequentius, & acerbis insignibus suppliciiis, quae exemplo sunt, puniuntur, ut hac punitione deterreantur alii, ne pravum sequantur exemplum, quod flagitiosius ita male multati praebuerunt.

II. Duae propositiones concionis partitionem constituent in hac verba: *Va mundo a scandalis.*

Prima, va scandalum praebenti. 1. Quia coram Deo est homicida omnium animarum, quibus scandalum adfert. 2. Quia coram Deo rationem redditurus est omnium scelerum, quae patrabuntur ab illis. Hoc monstruosum peccatum est, peccatum diabolicum, peccatum contra Spiritum sanctum; quia directe charitatem impugnat; peccatum essentialiter oppositum redemptioni Jesu Christi.

Propositio altera. Duplex va scandalum praebenti, cum bonum tenetur exemplum praebere. Tales sunt patres erga filios, domini erga servos, sacerdotes erga dominicum gregem, &c. *Ex veris sermonibus P. Bourdaloue recens editis, pro Avenens tom. 1. serm. mo. 3.*

III. 1. In hoc sermone videbitis primum magnitudinem injuriae, quam Deo scandalum infert; 2. magnitudinem damni, quod infert Ecclesiae, cujus totam faciem deformat, quam probro, ac rubere suffundit, atque infidelibus, hereticisque contemptibilem efficit; 3. magnitudinem damni, quod infert proximo, & auctoribus ipsis. Si alia scelera aliquod audent facinus contra Dei gloriam, facinus hoc vanum est, ac infernum; e contra vero scandali facinus effectivum est, & reipso praestantissima ejus opera evertit, omniaque illius perturbatione consistit. Si alia scelera aliqua injuria Ecclesiam afficiunt, scandalum ipsam procius dedecorat. Denique si alia nocentem aeternae damnationi subjiciunt, scandalum hoc inest peccare, quod difficillius expiatur, & mala, quae gignit, vix possunt reparari. *De la Font ditensis pro Dominica 6. post Epiphaniam.*

IV. 1. Peccator nunquam se magis dignum praebet ira Dei, ejusque in se ultionem convertit, quam cum proximo scandalum adfert. 2. Peccator nunquam magis impar est fructum percipiendo ex gratis Dei, quam cum ob proximi virtutes, bonisque actiones scandalizatur. 3. Peccator nunquam majorem tentatur imbecillitatem, neque in majori periculi discrimine versatur, quam cum se in vitium trahi sinit scandalo, quod ex pravis proximi actionibus accipit.

V. De maledictionibus, atque anathematis, quae Dei filius profert in eos, qui scandalum praebent. Ostendendum est, Deum hac anathemata praesertim in tria personarum genera contorquere. 1. In mundi sectatores generatim, qui prava tribuunt exempla. 2. In homines proteros, qui palam flagitiosissimam se vitam ducere proferunt. 3. In mundi principes viros, qui conditionis suae nobilitate scandalis aliquam praebere videntur auctoritatem. Hi sunt tres scandali gradus. Scandalum simplex, scandalum professionis, scandalum auctoritatis.

1. Cum nulla res christiana religioni, ejusque doctrinae, atque institutis apud Ethnicos fidem magis abrogaverit, quam scandalum, quod ex vita, praevisque fidelium moribus perceperunt; ita nunc vulum infidelium, & haereticorum conversioni majus obstatulum est, quam scandalum eorum, quorum vita sua fidei, & religioni conformis non est. 2. Nullus est peccator, cui Deus graviora minatus fuerit mala, & in quem ille acerbis animadvertit.

VI. 1. Facile est praebere scandalum proximo; sufficit enim verbum imprudenter prolatum, actio, quae ex se indifferens esse potest, peccatum, quod per impudentiam non celavimus, & ad aliorum cognitio-

nem pervenit; praebere etiam potest ipso indumento genere, servorum caterva, luxu; verbo, malo earum rerum usu, quae pertinent ad nos. 2. Facilius adhuc est accipere scandalum, & sequi propositum ob oculos exemplum, propter nostram imbecillitatem, ac pronam in malum naturam. Hinc duplitem ad nostram doctrinam ererere possumus conclusionem. Prima est, nobis diligentissime cavendum, ne cui scandali occasionem praebemus: altera est diligentia, qua a nobis amovere debemus, quidquid esse potest scandali occasio.

1. In mundo facile est scandalum parere, & pauci sunt hoc crimine vacui: quod statibus, & conditionibus omnibus adherere videtur. Illi ipsi, qui putant, se nemini scandali occasionem praebere, vel qui ad id animum non advertunt, illi sunt, qui frequentius praebent occasionem modo malis actionibus, modo officiorum suorum omissione. 2. In mundo nemo ferme cogitat, & admittit reparare scandalum. Haec duo sunt concionis puncta, quorum alterum nos impellere debet, ut maxima, qua fieri potest, diligentia omnibus operibus nostris invigilemus; alterum, ut serio ad examen revocemus, quanam fuerit usque in praesens vita nostra ratio, ut medeamur scandalo, quod fortasse praebuimus.

In hoc argumento eligi potest simplex haec, & communis divisio, quae tamen continet, quidquid dici potest. 1. Injuria, quam infert Deo, cum gloriam deterrit, & evertit consilia, quae de hominum salute fovet, inutilem efficit erga eos, quorum gignit excidium, incarnationem, mortem, passionem, & merita JESU CHRISTI. 2. Damnum, quod infert proximo, illius animam perdens, & damnationem procurans, quod malorum omnium extremum est, atque gravissimum. 3. Damnum, quod scandali auctor sibi constat, se ipsum onerans peccatis omnibus, quae propter ipsum ab aliis patrantur, ac sese eo redigens, ubi malum, quod peperit, nequeat reparare.

IX. 1. Scandali impudentia: hoc enim publicum peccatum est, quod sine metu, & pudore committitur, & quin ulla habeatur ratio eorum, qui facti testes esse possunt, impudentiam suam reliquis vitis communicat, ut palam turpissima quaque patrentur. 2. Scandali crudelitas, quod sine miseratione fratris animam occidit, eique mortem aeternam infligit. 3. Immedicabile vulnus, quod scandalum infert; & difficultas mendum malo, quod avertit, quod, eo quod ignotum est, non ideo minus magnum, late patens, & perniciosum est. Haec tria sunt, quae in nobis cetera debent scandali horrorem, ac tres concionis partes efficere possunt.

X. 1. Ignoratur vulgo, in quo scandalum consistit, & quomodo committatur; unde fit, quod Christianorum plerique in hoc incidant crimen, quin ad id animum advertant, & hac in re suam conscientiam excutiant. Quamobrem variae illius species explicandae sunt, ac docendum, quot modis praebere possit scandalum proximo directe, indirecte, cum intentione nocendi, vel sine intentione in vitium pertrahendi, & quomodo quaelibet species causa sit ruinae, & damnationis proximi. 2. Ignoratur enormitas hujus peccati, & quantum Deus illud perhorrescat, quod ostendendum est per minas, quas ille scandali auctoribus intonat, & ex ratione, quam ille petet salutis, & animae fratris ipsorum, per obligationem reparandi damnum, quod scandalo illatum fuit, & per difficultatem huic obligationi satisfaciendi.

XI. 1. Malum, quod in mundo gignit, qui scandalum praebet. Peccans peccare docet, ac sit iniquitatis magister, hanc publice actionibus suis docens, idque efficacius, quam si verbis doceret. Tentator est, quod in scelus impellit; & qui demonis vicarius, & organum est, ut homines perdat. Delet quomodocumque turpitudinem, & infamiam peccati, ac facit, ut impudenter, & propalam committatur. 2. Poenas, quas Deus passim repositit a scandali auctoribus, & quae tres ferme sunt. Prima mors turpis, & funesta, uti videmus in Scripturis: *Poenam te in exemplum,* dicit Deus Nahum 3. In te pensam exemplum posteritati universae memorabile. Altera est fere certa reprobationis nota; cum enim tot perdidit animas, justum est tanti sceleris supplicium, quod poenae earum sit focus. Tertia est, in altera vita acris animadverti in eum, qui scandalum praebuit pro numero eorum, quorum interitus, & damnationis fuit causa.



PARAGRAPHUS ALTER.

Fontes, Auctoresque, unde hauriri copia potest ad propositos concionum fructus extrahendas.

S. Augustinus lib. de civitate dei rudibus docet, veritatem non esse delectandam, neque a bonis operibus cessandum, quod in scandalum lapsi desistere possint.

Idem lib. 2. contra Epist. Pelliciani rationem reddit, cur demon homicida vocetur, quis animam occidit, & primus scandalum in mundum iniecit.

S. Gregorius 3. part. cura Past. admon. 36. ostendit plures scandalum tribuere, quin se tribuere putent.

Idem 1. part. ejusdem Past. docet scandalum crescere, ac periculosius fieri per circumstantias dignitatis, aliarumque qualitarum in presentibus illud.

Idem Homil. 31. in Evang. hoc ipsum ostendit.

Idem 3. part. cur. Past. admon. 36. ostendit scandali crudelitatem tum in presentes, cum in accipientes illud.

S. Chrysost. serm. contra concubinarios ostendit gravius, sed sine scandalo peccantem minus punitum iri, quam qui cum scandalo minora peccata commiserit.

Idem Homil. 7. in Genes. ostendit injuliam eorum, qui propter unius noxam accusant omnes, qui ejusdem sunt propterionis, & inde scandali occasio- nem accipiunt.

Idem Homil. 14. in Epist. ad Roman. docet, eos, qui alios ad peccatum excitant, gravius puniri peccantibus.

Idem serm. 25. in Epist. Pauli ad Rom. docet, quam grave sit scandali peccatum, & qua pena vulgo puniatur.

Idem Homil. 20. in Epist. 1. ad Corinth. prolixum habet de scandalo sermonem.

Idem Homil. 56. in cap. 9. Joan. docet, fugiendam esse improborum societatem, ne qui nos vident, scandalizentur.

S. Hieron. lib. 3. in cap. 12. Osee docet, eum, qui alius est lapsus, & scandali occasio, sui excidii esse causam.

Idem Epist. 11. ad Febroniam, eam hortatur, ne pravo exemplo cui sit occasio peccati.

S. Basilus Tract. 2. de Baptismo cap. 10. docet quid sit scandalum allatum, & acceptam, & quomodo sit ab utroque cavendum.

Idem 1. Reg. brev. respons. 64. ostendit, unde scandalum oritur, & quot modis inferri possit.

Origenes Homil. 1. in Psalm. 36. docet, cum presentibus scandalum conversandum non esse, neque scandalum alicui esse prebendum.

Idem Homil. 15. in cap. 21. Exodi docet, imbecillium animarum esse scandalizari.

Idem Homil. 25. in cap. 31. Numer. Madianitarum exemplo docet in afferentes scandalum gravius, quam in accipientes animadvertum iri.

S. Chrysostomus serm. 27. docet, qua cura scandalum sit evitandum.

S. Bernardus serm. 1. de Convers. S. Pauli scandalum praebentes comparat Judaeis, qui Dei filium occiderunt, ac indigne sanguinem illius fuderunt.

Idem pluribus in locis ostendit, qua cura nobis cavendum sit, ne scandalum praebamus; atque advertendum, ut quantum in nobis erit, illud ex manu extermineamus.

Afectu alii- que:

Granatenis in memoriali lib. 2. de poenitentia Confessionis loquitur de scandalo evitando.

Conradus Elingus in Catech. lib. 3. cap. 2. & in locis Comm. lib. 5.

Moralis christiani in Pater I. S. f. 3. art. 3.

P. Chazy in libro, cui titulus: Secretum Praedestinationis cap. 6. art. 4. f. 3.

P. Cameret in libro, cui titulus: Purus, perfectus, que Christianismus, prolixum habet de pravo exemplo tractatum.

P. Gegou in libro, qui inscribitur: Ufus Sacramenti Poenitentiae part. 2. cap. 2. S. 5.

Liber, cui titulus: Bellum vitii prelio 40. contra scandalum.

Concionato- res recentior.

P. Nepveu in christianis considerationibus tom. 1. pro 14. die Februarii, & tom. 3. pro 12. die Septembris.

Rayerius de Pisis in Pantheologia.

P. Grizel in Adventu ferm. 10.

P. Dellingendes ferm. pro Peris 4. & 5. post 3. Quadragesimae Dominicam.

Lambert in anno evangelico Hom. 83. in Evangelium festivitatis S. Michaelis.

Biroat in Adventu de mundi damnatione ferm. 12.

P. Bourdaloue in veris sermonibus recens editis primo Adventu ferm. 3.

Auctor sermonum in omnia Ethica christiana argumenta, in Adventu ferm. 14.

Granatenis in locis communibus verbo Scandalum, qui collecta, nea edidit, Buleus in Panario, Titulo Exemplum malum, Labatha, Verbo Scandalum.

PARAGRAPHUS III.

Loci, exempla, & applicationes Scripturarum huic argumento.

Non sequeris urbem ad faciendum malum: nec in judicio plurimorum acquiescas sententia, ut a vero devio. Exod. 23.

Cave ne anquam cum habitatoribus terra illius jungas amicitias, quae sint tibi in ruinam. Exod. 34.

Quoniam blasphemaverit sancti inimicus Domini, propter verbum hoc, filius, qui natus est tibi, morte morietur. 2. Reg. cap. 12.

Ab oculis meis manda me & ab alienis parte sermo tuo. Psalm. 18.

Inveni sunt in populo meo impii, laqueos ponentes, & pedicis ad capiendos viros. Jerem. 5.

Ver autem recessus de via, & scandalizasti plurimos in lege: propter quod & ego dedi vos concepitibiles civibus populi. Malch. 2.

Qui decipit iustus in via mala, in inferni suo corruet. Proverb. 28.

Necesso est ut venias scandala: verumtamen va homini illi, per quem scandalum venit. Matth. 18.

Qui scandalizaverit unum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei, ut suspendatur mola asinaria in collo ejus, & demergatur in profundum maris. Matth. 18.

Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, & projice ab te; & si dextera manus tua scandalizat te, abscinde eam, & projice ab te. Ibid. & cap. 5.

Noli cibo tuo illum perdere, pro quo Christus mortuus est. Ad Roman. 14.

Ne ponas offendiculum fratri, vel scandalum. Ibid. Videte ne forte hic licentia vestra offendiculum fiat infirmis, 1. ad Cor. 8.

Si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in aeternum, ne fratrem meum scandalizet, ib. Rogo vos fratres, ut observetis eos, qui dissensiones, & offendicula praeter doctrinam, quam vos didicistis, faciunt, & declinate ab illis. Ad Roman. 16.

Medicum sermone totam massam corrumpit. 1. ad Cor. cap. 3.

Si quis videt eum, qui habet scientiam, in idolo recubentem, nonne conscientia ejus, cum sit infirmus, adificabitur ad manducandum idolotrya? 1. ad Cor. cap. 8.

Peribit infirmus in tua scientia frater, propter quem Christus mortuus est. Ibid.

Si peccantes in fratres, & percussiones conscientiam eorum infirmam, in Christum peccatis. Ibid.

Nemini dantes ullam offensionem, ut non vituperetur ministerium nostrum. 2. ad Cor. 6.

Sine offensione estote Judaeis, & Gentilibus, & Ecclesiae Dei. 1. ad Cor. 10.

Ad omni specie mala abstinete vos. 1. ad Thess. 5.

Peccantes coram omnibus argue. 1. ad Timot. 5.

Noli amulari in malis, neque zelaveris scientes iniquitatem. Psalm. 36.

Ne ambuletis cum homine furioso, ne forte discas semina ejus, & sumas scandalum animae tuae. Prov. 22.

Exempla ex veteri, novoque testamento adempta.

De scandalo, quod protoparentes nostri praebuerunt, non loquitur; satis enim mihi erit ibi animadvertere eam veritatem, quam S. Chrysostomus docet, eum videlicet, qui alium ad peccandum impulerit, acerbius, & gravius punitum iri, quam qui alio auctore, atque suscitatore peccat. Hujus rei nobis suppedit exemplum in ea suppliciorum varietate, quibus Adam, & Eva affecti fuerunt, quamquam ejusdem noxae rei. Eva enim severius punita fuit, quam Adam, quippe illa hunc sollicitavit, & in vine legis inobedientiam induxit, Quinimo, Deus ultionem suam in ipsum etiam serpentem extendit, quo ministro usus fuerat demon, ut Evam ad rebellionem excitaret.

Scandalum crimen est, cuius venia peccato, ac difficilius obtinetur, & cuius ultio in remotissimam quoque posteritatem extenditur. Hujus rei & quare.

exem.

exemplum invenimus in imperio, quo Deus Moyse praecipit, ut in libro scriberet, se jam decrevisse interitum, excidiumque Amalec, eo quod adversarius fuisset Israelitis transiitum per agros illius petentibus, ut proficerentur in terram Canaan, quam illis promiserat Dominus. Sententia hac post quadringentos adimpleta fuit annos, cum Samuel Dei nomine imperavit Sauli, ut Amalecitis bellum indiceret, eosque universos occisione deleteret, quia cuiquam parceret; & non extrema inter causas, propter quas Saul reprobus fuit, hac extitit, quod adeo explicitum Dei mandatum ex parte duntaxat implevit. Insignis figura horroris, quo Deus illos prosequeretur, qui pravis exemplis alios a recto tramite averterent, atque in viis perditionis inducunt.

In Exodo explicita lex habetur in eum, qui secus viam foderit foveam, neque illam contexerit, ita ut bos, vel aliud quodlibet accolae sui pecus illic transiens, in illam ceciderit; & qui id fecerit, damnatur, ut damnum reparat proximo illatum. Quam ob rem Apostolus 1. ad Corinth. 9. dicit, vel nos cum ipso dicere possumus: Numquid Deo curae est de bobus? Et sane si jubet Deus a nobis reparari damnum, quod nostra acciderit culpa, putatne eidem zelum deitatum, ut rationem minime poscat animae, quae ipsi scandalo nostro perdidimus?

Quam timuit, ne populo suo scandali esset occasio venerabilis fenex Eleazarus, vir ille apud Judaeos aequae aetate, & dignitate verendus, ille juxta egregium S. Ambrosii locutionem, Vir ante tempora Evangelica Evangelicus. Ut moriem effugeret, hoc unum ab illo petebatur, non quod vetitus canibus vesceretur, sed tantum simularet, ac in speciem ascensum praestaret, fore ut ex illis comederet. Horruit ille hanc simulationem, & quare? Neque enim decet, inquit ille, aetatem, qua sum, & dignitatem, quam teneo, ambagibus uti, ac sensus meos simulare. Quid enim cogitabit, quid dicet, quid agat ignara, infirmaque juventus, ubi audivit, Eleazarum virtutum loco cessisse, ipsumque a Dei sui fide defecisse? Quam ipse scandali occasione non praebere? Omnes in meum transibunt exemplum, ac sicut imbecilles, & impii, qualis ipse tuero. Et sane quid dictum, quod cogitatum, quid exemplo ipsius factum non fuisset? Fuisset hoc publicum scandalum, quod jure magnus ille vir perhorruit.

Ite in Scri- ptura contra eos, qui foveam fide- rint in quam animalia ce- cidissent.

Eleazarus si- mul, ne esset scandalo oc- casio.

Matthias vel ad can- didum publi- cum ulciscen- dum.

Scandalum malum est contagiosum, & quod brevi vel ad can- didum publi- cum ulciscen- dum.

Scandalum malum est contagiosum, & quod brevi vel ad can- didum publi- cum ulciscen- dum.

Exemplum eorum, qui ex professione, ac status sui obligatione divino cultui dicati vitam ducunt profus mundanam, Ethicamque, omnibus Christianis vulgo magnum est scandalum argumentum. Ita in primo Regum libro magnum fuisse dicitur scelus filiorum summi Sacerdotis Heli, qui populum ab oblationibus & sacrificiis Domini avertebant. Magnum profecto scelus, S. Gregorius in 1. 2. Reg. l. 2. c. 2. inquit, etenim publicum erat scandalum. Sane cum videntur ecclesiastici, religiosi, viri ad precipuas Ecclesiae dignitates evecti, ipsam obnoxii cupiditatis, eadem committere scelera, in qua ruunt, qui mundo famulantur, facile nihil ibi inesse mali existimatur, charitate, qua jubentur semper aequiores de proximo sensus concipere, non permittente, ut credamus, homines sacris addictos mysteriis prodere velle conscientiam suam, ac se damnationis periculo objicere.

Impius Rex Jeroboam timeas, ne, si populus Je- hoiary Bil. Tom. IV.

rosolymam se conferret sacrificia oblaturus, ad famuliam David reverteretur, Israelitis impulsu in idololatriam; quae res illum coram Deo ita detestabilem, ac odiosum effecit, ut per Prophetam Ahiam dixerit illi: Operatus es mala super omnes, qui fuerunt ante te. 3. Reg. 14. Et sane eas, quas merebatur, dedit poenas; regno quippe privatus fuit, universum genus illius cum infamia deletum fuit, nomen maledictum, & memoria in execratione. Populus autem, qui pravam illius exemplum secutus est, ullam ne peccati excusationem invenit? Dei ultionem effugit? En quomodo idem Propheta loco citato loquitur: Et traderet Dominus Israel propter peccata Jeroboam: Deum videlicet propter peccata Jeroboam, cui populus infidelis se mancipaverat pravam ejusdem exemplum secutus, traditurum esse universum Israel servilium hostibus, a quibus penitus deleteretur.

Cum Propheta Eliseus impio, & crudeli Hazael Regi Syriae praedixit inauditas crudelitates, quas illiceret contra Dei populum erat exerciturus; crudelis hic Rex perhorruit, licet non desuerit, quominus illas exequeretur. Attamen statim in arena horrois sensu percussus Propheta respondit: Quis enim sum servus tuus canis, ut faciam rem istam magnam? 4. Reg. 8. Num rabidus ipse canis sum, ut tanta haec exequar mala, quae vaticinatus? Hoc cogitare deberet scandalum auctor, ac dicere de se, si omnia reputaret mala, quod pravam exemplum suum afferret, & quot ille mortem scandalo nolito perdidimus?

Animadvertit S. Gregorius, Dei filium nos vita suae ratione, & exemplo docuisse, quomodo diligenda sint scandala, & quibusdam in occasionibus eorum habenda sit ratio, in aliis vero sint contemnenda. Cum discipuli sui reculerent ipsi, Phariseos ex illius doctrina scandali occasione accepisse, hoc ille sibi negotium nequaquam facessere ostendit; sed cum ab eo quaesitum fuit, ut tributum persolveret, postquam ostendit, se immunem esse, praecipit S. Petro, ut extolleret illud, ne scandalum exigentibus praebere, & ad id data opera fecit miraculum. Undenam tam diversa agendi ratio? Ut videlicet intellexeremus, magnus hic Pontifex inquit, nullam a nobis habendam esse rationem scandalorum, quae nos adigunt, ut numeri nostro defimus; & contra illa esse praevetenda, quae ne suboriantur, prohibere possumus, quin ipsi delicias.

Non omnes Patres consentiunt, Mariam Magdalenam ita enormibus additam fuisse criminibus, quae coram mundo sexum muliebrem adeo dedecorant. Immo complures tenent, crimen illius in hoc fuisse positum, quod vitam ducebat mollem, mundanam, deliciis affluentem, non sine ludis, & voluptatibus, in fastu, ac vanitate. Sententia haec fortasse verior est, sed semper ad nos erudiendos aptissima; nam, quin excuset Magdalenam peccatricem, vel quin imminuat idem, quae vulgo habetur libidinum, & vitiorum ejus, facile esset ostendere, ipsam quomodo in sensu in oculis Dei fieri nocentiorum. Etenim, quantumvis libidinosa fuisset, malum totum personale, & particulare fuisset illius: hoc est, illa supremo iudici redditura fuisset rationem animae tantum, saluisque suae: ubi si dixerimus Magdalenam extitisse scandali obiectum populo toti, iniquitates tot mortalium illi imputatae fuerunt, & ipsa causa extitit interitus eorum.

Liquet, quid Salvator dixerit S. Petro, qui in consilio, & fortasse etiam putans se bene agere, dissuadere adhibebatur magistrum suum, ne pro hominum salute mortem perferret. Salvator illo Sathanam appellavit: Vade retro Sathan. Matth. 16. Cur? Addit statim rationem. Scandalum es mihi: quia qui alios a bono deterret, non secus ac qui ad malum impellunt, demonis officium gerunt, & sunt ejusdem vicarii.

Si qui scandalum praebet, cognosce malum, cuius est causa, ipse illud horretur.

Sensus illud de scandalo- rum delicias.

Magdalensae exemplum.

Applicationes quarundam Scripturae locorum huic argumento.

Verbum enim animam illius serva. Jobi 2. Ulciscere si lubet, illius bona, & corpus affligens, sed vita parce, dicit Sathanas Deus, cum illi permistit, ut tentaret Job. Quo iussu prohibebat Deus solum, ne Damon sancto Job naturalem, ac mortalem vitam auferret. Verum nonne potiori jure hoc dici potest peccatori scandalum praebenti: si iratus es in fratrem tuum, & hic factus est odii, & indignationis tuae obiectum, quodcumque tibi libitum fuerit, illi damnum infer; sed ne eo utque ulciscaris, ut spirituslem, & immortalem ipsi vitam

Qui fratri scandalum praebet illi damnum oo- cidit.

Q 2



vitam eripias; Veritatem animam illius serva. In te enim sequitur, qui nullo habet in discrimine fratri suo scandalum inferre, hunc coram Deo reum esse mortis spiritualis fratris sui; eripit enim illi charitatem, quae est animae vita.

Qui scandalum praeberi potest Antichristi? *Es autem Antichristi multi facti sunt.* I. Joan. 2. Si quod S. Joannes in prima Canonica sua Epistola dixit, verum est, uti re ipsa est, multi jam in mundo sunt Antichristi. Quare? Quia mundus plenus est indignis Christianis, qui nefariis exemplis Jesu Christi opus evertunt, & redemptionis pretium annulant. Quot ex illis, qui me addunt, in ipso etiam literali Apostoli sensu huc quadrare potest maledictio! Et nunc Antichristi multi facti sunt. Quot in ipso Christianismo Antichristi eo magis metuendi, quo minus cogniti, & explorati!

Qui scandalum praeberi potest rationem reddentibus? *Nam castus fratris mei jam ego?* Gen. 4. Numquid alterius cupidum praeter me rationem redditorum sum, dicebat Cain cum Deo loquens, & coram illo semper volens expiare: numquid me constituiti tuorem, atque custodem fratris mei? Hoc ipsum quotidie tot mortales loquuntur: numquid aliena salus mihi credita fuit? Numquid mihi de eadem ratio reddenda est? Utique, responderet Dominus per Prophetam suum; tu mihi rationem reddes, & cum venero tamquam iudex supremus cuique redditurus, quod illi debentur fuerit ac postremis laturus sententias, tuque jure, secundum omnes aequitatis regulas, in te animadvertam ob plurima scelera, quorum exterius causa. Et enim te auctore perit frater tuus; Impudicus sermonibus tuis animae illius puritas fadata fuit; tu erroribus, nefariisque effusis licentiae tuae iustitiam mentem ejus corrupisti; tu impurissima vitae tuae illecebra cor illius veneno iniecit; tu fecisti, ut ipsum tederet officiorum suorum; tu irrisionibus tuis irreligione plenis effecisti, ut jugum excuteret; & omnem Christianam religionem praxin relinqueret; & sic corripas vias secutus est, ideo secutus est, quia recto tibi vinculo erat conjunctus. Hoc, inquit Deus, imputabitur tibi; hoc in te gravissimis puniam exemplis.

David orabat Deum ut sibi dimitteret peccata quae ipse fecerat, ut ab aliis patrerentur. *Ab oculis meis munda me, & ab alienis parce sermo tuo.* Psal. 18. Rex David in fervore penitentiae suae Deum orabat, ut sibi duo peccatorum genera dimitteret, quorum mala infinita ipsi videbantur; oculorum videlicet, & alienorum peccatorum, quae ipse committit, quin agnosceret illa, & eorum, quae ipse auctore ab aliis committentur, quin unquam illa sibi vitio verteret: *Ab oculis meis munda me, & ab alienis parce sermo tuo.* Munda me ab his quae mihi abscondit superbia, sed simul etiam dimitte peccata proximi mei, quibus ego misere cooperatus sum; peccata aliena, quibus nefaria vitae meae ratio venenatim praebuit originem; peccata aliena, quae aliquando mihi exprobrata, & quae meis accidentia cumulum addent gravi faculae, quam quotidie augeo; & sub qua brevi succumbere debeo.

Molium fermentum totam massam corrumpit. I. ad Cor. 4. Verum est, boni exempli magnam esse vim, ad homines de officio suo erudiendos, ad virtutem illis inspirandam, ad minuendas difficultates, quae animos avertunt; sed constituendum est, pravum exemplum vim habere adhuc majorem, magisque furstant ad vitium inspirandum, & effundendum, ad auferendum nobis ad spectum officiorum nostrorum, quae nobis maxime essentialia sunt, atque ad praxin illius nobis tamquam impossibilem adstruendam. Hoc jentare voluit S. Paulus I. ad Cor. 5. cum scandalum vocavit malum fermentum totam, eamque ingeniem massam corrumpens: *Molium fermentum totam massam corrumpit.* Videlicet pravum exemplum, quod in vulgus, & cum scandalo praebetur, maximum habere vim ad infirmos fideles pervertendos, ad tentandos, labefactandos fontes, atque totam licet magnam civitatem inficiendam.

Qui scandalum praeberi potest? *Sufficiant vobis omnia scelera vestra, domus Israel.* Ezechiel cap. 4. Scandalorum auctoribus merito dicere possumus, quod Ezechiel Propheta dicebat Judaeis avi sui, quos domum Israel appellat; satis vobis sit, Deum in vobismet ipsis offendere, ac si voluerit damnare decreverit (haec est concessio!) vos solos damnate, cur alios in scelere, ac damnatione vestra involvere vultis? finite, eos in via salutis incedere, ne statuas in viis eorum lapides offensionis: *Non ponas offensivum fratri, vel scandalum,* ad Rom. 14. Cur uno ista tria lethalia vulnera vultis inferre; primum quidem fratri vestro, quem scandalizatis, alterum animae vestrae, cui mortis vulnus indigitis, tertium filio Dei ipsius, in quem recidit

Quot

vultus, quod proximo inferitis. Sufficiant vobis scelera vestra.

*Sanguinem ejus de manu tua requiram.* Ezech. 3. Scandalum praebenti nonne metuendum est, ne sibi debet Deo de ut olim Cain dicitur a Deo: Sanguis Abel, miseri, & iniqui fratris tui, qui tuus erat frater, quem tu occidisti auferens illi vitam gratiae, ultionem contra te deposcit; cur hanc illi negem? Redde igitur rationem sanguinis illius, quem effudisti, vel saltem, quem indigne profanasti, & cujus virtutem annihilasti. Num ostendere voluisti, tibi majorem esse vim ad animas damnandas, quam mihi ad salvandas? Quid hujusmodi exprobrationibus repones? Heu! Deus nimis se facere nequaquam exultavit sanguinem, vitamque suam sacrificans, ut animam salvam faceret; tu vero ne minimam quidem sacrificas vis affectionem, ut illius prohibeas interitum? Deus se ipsum charitatis viam victimam fecit, ut animam hanc salvam faceret; & Christianus illam nequitiam suam victimam facit, ut eam damnet? Post haec ille ne potest in partem accedere meritorum Jesu Christi, quorum virtutem inutiliter fecit?

*Nisi proper essem destruxero opus Dei.* Ad Rom. 14. Ne inferas hanc injuriam Jesu Christo destruxero opus Dei mala edificatione, quam proximo tuo praebes. Nonne hoc significat, malo exemplo destrui consilium Dei, opus Dei, salutem animarum, ac ipsum Salvatorem, quatenus efficit, ut pereat effectus, & virtus vitae, mortis, passionum, meritorum, gratiarum, & virtutum illius? Peccator, qui scandalum praebet hoc pacto salutem prohibens animarum, destruit redemptionis effectum, quam antonomastice magnum Dei opus appellat; quoniam Jesus Christus venit in mundum, ut ferret mundum Salvator, non solum morte sua, verum etiam exemplo vitae suae, quae via est, quam sequi, & veritas, quam credere debemus. Ita scandalum auctore malo, quod praebet, exemplo delens vim, virtutemque mortis illius, nec non efficaciam exemplorum, quae nobis tribuit, ut in vitam salutis deduceret, Dei opus evertit: *Nisi proper essem destruxero opus Dei.*

Qui scandalum praeberi potest? *Ille homicida erat ab initio.* Joan. 8. Nullum damoni melius quadrat nomen, quam homicida, quod ab ipsis utique mundi primordiis meruit, quia uno istu mortalibus omnibus intulit mortem protoparentes nostros ad peccandum sollicitans. Sed hoc ipsum nomen nonne eandem ob causam convenit scandalum, ac praebenti illud? Hic homicida est eo crudelior, quo minus patet cades illius. Corpus quidem non occidit, sed vitam auferit animabus, quae sunt toto caelo praeflantiores, ac nobiliores. Hic aeterna solum mortis vulnera infligit, quae terrent eos omnes, a quibus attente considerantur. Quia ita sunt spiritalia, ut occidant animas, quia vulnerent corpora; ita secreta, ut nemo illa videre possit; ita insensibilia, ut ne ille ipse, qui vulneratur, sua videat, aut sentiat vulnera; ita incurabilla, ut nulla humana ope sanari possint; ita innumera, ut indefinenter multiplicentur; ita indelebilia, ut nunquam obliterentur ex animo, & mente illorum, qui vulnerati fuerunt; vulnera enim ita alta manent, ut neque curari, neque ad cicatricem valeant adduci. In mundo autem nemo necens aequus morte multatur, quam qui homini vitam auferit; & interfectores, ac homicidae sunt odii, publicaeque execrationis objecta. Sed si scandalum nobis aequo cognitum esset, ac est mortale, illud magis quam omnes mundi hujus clades perhorresceremus, quia in homine misere interficit id, quod omnes homines non possent occidere, animam nempe: *Animam autem non possunt occidere.* Matth. 10.

PARAGRAPHUS IV.

Loci, & sententiae Sanctorum Patrum in hoc argumento.

Qui in conspectu populi male vivit, quantum in illo est, amio, a quo attenditur, occidit. August. lib. de Pat. *Quantumque aliquis exemplum mala conversationis, etiam si cum illi non sequatur, praebet; pro tanto se malis rationem noverit redditurum.* Idem, Sermon. 163. de Temp. *Hoc non ita dicitur, ut si quisquam scandalizatus fuerit de bonis operibus nostris, ab eis destruentur putemus.* Idem, Epist. 119. ad Elcidiam. *Scandalum est tibi, quod docet te facere malum.* Idem.

Quot

Quot testes (dominus) sui iniquitatis habet, et discipulos efficit. August. Sermon. 16.

Se coarctat ad libertatem quasi calesti magisterio. Idem, I. I. Confess. c. 16.

Nemo amplius in Ecclesia vocet, quam qui perversa agens, nimis vel ordinem sanctitatis habet; & in exemplis culpa vehementius extenditur, quando pro reverentia ordinis peccator honoratur. Gregor. in Pastoral. *Tot moribus digni sunt (domini), quot ad subditos suos perditionis exempla transmittunt.* Idem, ib. p. 3. *Qui peccando lapsus est, sibi tantum nocuit; sed qui scandalum facit, multos secum trahendo perdit.* Cyprian. Sermon. Prae.

Non solum ibi (in spectaculis) scelus geritur, sed & docetur. Idem, Epist. 1.

Adulterium dicitur, dum videtur. Idem, ib. Epist. 2.

Confessore juras peccatis, & capis licem esse quod publicum est. Idem, ibid.

Desimus esse probris loco purpurata flagitia. Idem ib. *Deos vitiorum pavore ostentaverunt (Zagani) ut peccatum non modo crimine careat, sed & praclarum etiam & divinum censetur.* Gregor. Nazianz.

Scandalum (acceptum) pusillorum est, aut malorum Hieron. in Epist.

Scandalum non bene rei, sed mala exemplum, est adificans ad delictum. Tertull. lib. de veland. Virg. c. 3.

Bona res neminem scandalizant, nisi malam mentem. Idem. ibid.

Mulier erat in civitate peccatrix, quae non solum peccatrix, sed totius civitatis peccatum facta fuerat. Chrysolog. Sermon. 27.

Nimis generabile relatum est imitatio deteriorum. S. Eucher. Homil. de Quadrag.

Si reliquis causa perditionis fuerit, graviora patientia, quam qui per te subversus sunt. Chryl.

Ne opineris, quod damnus hoc ad eum qui offenditur solum pertinet; transe etiam ad Christum ipsum, qui propter illum crucifixus est. Idem.

Mores & vitia ducis imitari, genus obsequii indicatur. Lactantius, l. 5. Instit. c. 8.

Num tibi videtur gravitatem ab eo Christus sustinere perfissionem, qui suggestione maligna, exemplo pernicioso, scandali occasione, pervertit animas quae redemptae sunt a Judo qui sanguinem suum sedit? Bernard. Sermon. de Convers. Pauli.

Dupliciter reus est qui aperte delinquit, quia agit & docet, facit & suadet. Hieron. l. 2. Sent.

Plus illo peccat qui ad peccandum impulsus, quam qui peccavit. Origenes.

Qui scandalizatur, parvulus est: majores enim scandala non recipiunt. Hieronymus, in Matth. 18.

Si de veritate scandalum oritur, utilius scandalum nocet permissum, quam veritas relinquitur. Greg. in Ezech.

Demones querunt organa, per quae operentur. Origenes. *Deplorandus ille status est, ubi non jam vitii accusatio, sed auctoritas datur.* Cyprian. de spectaculis.

Quod exemplo fit, id omnino jure fieri putant homines. Cicero, l. 3. de Oratore.

Intra causas malorum nostrorum est, quod vivimus ad exempla, nec ratione componitur, sed consuetudine adducimur. Senec. Epist. 123.

PARAGRAPHUS V.

Quid ex Theologiae peno hoc in argumento posse deprimi.

Definitio scandalum. Scandalum, ut Theologi loquuntur, est actio, quae habita ratione inhumitatis eorum, qui ejusdem sunt testes, potest ex se illos in peccatum impellere, vel efficiens, ut illud facilius exequantur, vel metum auferens, quod deterrit ab illo abstinere, exemplo, quod illis praebet. Dicitur, vel factum, S. Thom. 2. 2. q. 43. art. 1. ait, *occasionem praebet vitiis.* Non quod necesse sit, quod haec actio per se mala, & nefaria sit, vel peccatum; sufficit enim, ipsam habere aliquam speciem mali: *Vel quia habet speciem mali.* Hinc patet I. scandalum non esse speciem peculiarem peccati, veluti latrocinium, juramentum, detractionem; sed peccati genus est, quodcumque esse possit, ex quo locum praebet funesta, miseraque imitationis sese extrinsecus effundens, alioquin ad similia patrandam inducens. 2. Sequitur, ut peccatum aliquo scandalum censetur, esse debere actionem, quae ad aliorum pervenit cognitionem quacumque via, & quae ex se illos in scelus impellere possit. Hinc fit, quod peccatum clam, vel sola cogitatione, vel desiderio patrum non potest esse scandalum, quia nemini praebet exemplum, vel occasionem peccandi.

Scandalum dividitur in illud, quod praebetur, & accipitur, quod scholae activum, & passivum appellant. Primum est, cum aliqua fit actio, quae ex se alios in peccatum potest impellere. Alterum est, cum ad alieni peccati exemplum re ipsa arripitur occasio peccandi, quo in loco activum, & passivum scandalum simul conjuncta inveniuntur, quorum alterum causa est, alterum effectus alterius, & utraque simul duo vera peccata. Verum si quis scandalum causam accipit ex innocua proximi sui actione nullam mali speciem habente, tunc qui scandalizatur, & arripit peccandi occasionem ex ea re, quae ipsum edificare debet, solus peccat. Tale erat scandalum, quod Pharisei ex sanctissimis filii Dei actionibus accipiebant; unde liquet, scandalum passivum esse posse sine activo, cum temere accipitur.

Scandalum peccatum est, cujus saepe rei simus, quin ne intentionem quidem illius committendi habeamus. Neque enim, ut scandalum afferas animabus, necessarium est, ut tibi explicitum propterea damnationis sarum finem, neque determinatam habeas voluntatem proximo tuo scandali occasionem afferendi. Damon unus hanc habere potest nequitiam; necesse non est, inquam, te velle explicitae animae fratris tui interitum asserere, sed satis est intelligas, te re ipsa causam esse interitus ejus; satis est, te illud agere, propter quod patet illum interitum. Inutile quoque est dicere, vellem; illum non perire: nam velle simul, illum non perire, & velle id, propter quod periturus est, due sunt voluntates contradictoriae; & malum est, quod prima, quae efficit, ut velis fratrem tuum non perire, dimidiata voluntas est, & imperfecta, quae in tuam tantum cedit damnationem; cum altera, quae vis id, propter quod periturus est, voluntas est efficax, & absoluta.

Animadvertendum quoque est, scandali peccatum, quod adeo senuos habet effectus, saepe iis inherere rebus, quae ab hominibus levissimas habentur; sed quae ad sanctuarii lancem coram Deo sunt abominatioris; immodestia in vestibus, luxus in ornatibus, nuditates indecorae, indumentorum ritus, quos Deus seculi, hoc est carnis, demon invenit, levitates, familiaritates, in quibus facile quamdam decori speciem negligimus, privata colloquia, quorum decorem, familiaritas, dulcedo fortes infirmat, & sapientes infatuat, salivitas quamdam parum regularis, ac nimis libera, adfectatio placendi, &c.

Quamquam peccata sint personalia, & Deus quantumvis terribilis sit in iudiciis suis, videatur nobis promissionibus suis animos facere, dicens in personalem, sed se aliis communicans, quae peccaverit, ipsam solum esse perituram: *Animam, quae peccaverit, ipsa morietur.* hoc in aliis quibuscumque criminibus verum est, sed excipiendum est scandali peccatum; quia hoc non est proprie personale, sed quoddam veluti originale peccatum, quod sese communicans, & effundens inicit animam, idque non solum proprio veneno, & nequitia, sed nequitia illorum etiam, ad quos se extendit, & in quos se effundit.

Si secundum Dei legem illi, qui peccaverit, moriendum est, multo magis moriendum illi, qui aliis peccati causa fuerit, qui consilium, exemplumque praebuerit, qui occasionem, & adinocua ad peccandum suppeditaverit; cum haec omnia, in quibus scandalum consistit, procul dubio magis puniendi sint, ac morte digniora, quam ipsum peccatum. Ita verum est, generatim loquendo quemlibet facinram suam gesturum; sed ille, qui scandali auctor est, cum propria geret etiam facinram, aliorum; & quamvis alii, quorum iniquitates portabit, non ideo exonerentur, & justificentur; hoc alienae iniquitatis pondus illum opprimet magis.

Neque puter aliquis, se ea in re, quae nullo in discrimine habetur, posse impune gignere fratris sui ruinam, vel malam adificationem; etenim agere cum rationabili timore aliis scandalum inferendi, satis est, ut actiones nostrae ille etiam, quae maxime permittit sunt, noxae fiant. Haec olim erat S. Pauli sententia. Manducare carnem idolis oblata per se neutrum erat; neque enim caro illa novae fordes contraxerat. Atamen ad evitandas publicas marmurationes, ac suspitionem, ne particeps fieret profani cultus, S. Paulus abstinit, ut alios edificaret paratus etiam, ut sibi hanc escam in perpetuum interdiceret, potius quam fratrem scandalizaret: *si esca scandalizet fratrem meum, non manducabo carnem in aeternum.* I. ad Cor. 8.

Quamquam verum sit, reliqua vitia tunc esse mortalia, quam gravitas pec-

Dividitur scandalum in activum, & passivum.

Ut scandalum accipere, fas, & esse habere intentionem scandalum afferendi.

Scandali peccatum non tantum est personale, sed se aliis communicans, propria facit aliena peccata.

Qui scandalum praebet, est proprie sua, & aliena peccata punietur.

Quam gra-







